

PRAELECTIONES  
PVBLICAS ET PRIVATAS  
AESTIVIS MENSIBVS DESTINATAS  
RECTOR  
ACADEMIAE GISSENAE  
**IO. HERM. BENNER**  
SS. THEOL. D. ET P. O.

TOTVSQVE  
SENATVS ACADEMICVS

INDICIT

ET AD EAS DILIGENTER AVDIENDAS  
**CIVES ACADEMIAE**  
GENEROS. ET NÓBILISS.

PERAMANTER INVITAT  
D. XIII. APRILIS 1774  
SVB SIGILLO ACADEMIAE MAIORI.

---

GISSAE,  
TYPIS EBERH. HENR. LÄMMERS, ACAD. TYPOGR.



*In Facultate Theologica.*

# D. REINH. HENR. ROLLIUS,

*Facult. Theol. Senior.*

Cum Ecclesiæ Christi intersit, ut, qui ejus ministerio  
se addixerunt, officii olim obeundi gravitatem al-  
tius animo infigant, indeque per omne tempus, quod  
solidæ rerum sacrarum scientiæ hauriendæ impendunt,  
ab omni profano consortio & vitæ maculis, hunc sta-  
tum dedecentibus, se separantes, pietati, modestiæ  
& precum studio serio incumbant, sicque gratia Spiriti-  
tus S. adjuti, mature organa reddantur, gloriæ divi-  
næ promovendæ, & procurandæ multorum hominum  
salutis; id sibi datum negotii credidit, ut, qua ratione,  
sanctoriori disciplinæ consecrati, eo feliciter eniti queant,  
ostenderet. *Instructionem itaque pastoralen* JO. FECHTII,

paucis

paucis multa complectentem, publicis lectionibus, in eun-  
te hoc anno explicare cœpit. In eodem vero stadio, hoc  
ipso, quod nunc bono cum Deo ingredimur, semestri  
hora II X. strenue perget, & alternis vicibus historiam  
*Ecclesiæ novissimam*, a pace Westfalica ad nostra usque tem-  
porā, præente ERNESTO SALOMONE CYPRIANO,  
præleget, potiora illius momenta in calatum dictatu-  
rus, perpetuoque discursu illustraturus. Privatim in ex-  
plicanda pro more *Theologia dogmatica*, ad ductum com-  
pendii BAIERIANI, hora II. pom. perget, & horis qui-  
busdam separatis *exercitiūnī disputatorium* in Syllogen  
controversiarum Fechtianam continuabit.

## D. IO. HERM. BENNER,

*b. a. Decanus.*

Publice selectas iuris ecclesiastici theses, disputando ven-  
tilabit, ut sanis principiis imbuantur nostri. Priuatim  
*dogmata sanctioris doctrinae tradet, exegesi ubique inten-*  
*tus, ac definitionibus fecundis. Théologie moralis cul-*  
*toribus, satisfacere studebit. Specimina publica datu-  
ris, operam suam offert.*

## IO. GODOFR. ZENTGRAV,

*S. S. Theol. Prof. publ. extraord.*

Publicas recitationes in Hermeneyticam sacram denuo  
instituet. Priuatim vero, Hor. II. in Epistolam D.  
Pauli ad Romanos commentabitur.

*In*

*In Facultate Iuridica.***D. FRANCISCVS IVSTVS  
KORTHOLT,**

**P**ublice praelectiones in III. MASCOVII *ius feudorum* nuper coepas absoluet. Priuatim BOEHMERI *introductionem in ius digestorum* de integro interpretabitur.

**D. GOTTLLOB AVGVSTVS  
IENICHEN,**

*H*istoriam literariam iuris & simul commodam expeditamque ad ciuilem sapientiam peruenienti viam duce Conf. AVG. RVD. IESAIA BüNEMANNO tradet, Elementa iuris ciuiliis HEINECCIANA a fassis & peruer- sis Autoris allegationibus, atque innumeris typogra- phorum erroribus magno & aerumnabili labore in vni- us studiosae iuuentutis gratiam abs se perpurgata libera- taque, recitationibus suis illustrabit, & disputando ex- ercabit excelsa generosaque ingenia.

**D. IO. ERNEST. HOEPFNER**

**P**ublice partem specialem iuris criminalis pertractabit; priuatim Institutiones iuris Civilis HEINECCIANAS denuo interpretabitur, & BOEHMERI ius Digestorum absoluet.

# D. CHRISTOPH. LUDOVIC. KOCHE,

*Juris Germanici* potiora capita secundum Ordinem Consult. ENGAVII, vel, si hoc magis placuerit, *Pandætas* ex delineatione B. BOEHMERICI prælegeget.

*In Facultate Medica.*

# D. GERARDVS ANDREAS MÜLLER,

*lectiones suas in praecedente semestri inchoatas ad finem quidem deducet; sed & nouas inchoabit: Physiologiam nempe, quam cum egregio VNZERO universalem vocat, publice exponet; Causas morborum priuatum enarrabit, earumque agendi modum explicabit; denique chemiam docebit, i.e. classes, naturam, compositiones, vires corporum indicabit. Excursiones etiam botanicas subinde instituet, disputationesque, exercitii causa, priuatas.*

*In Facultate Philosophica.*

# IOH. LUDOVIC. ALEFELD,

*Philos. Prof. primar. & alumnor. Princip.*

*Ephorus.*

*Praelectiones in Philosophiam naturalem universam, uti usque adhuc solitus fuit, publice iterum instituet; non defu-*

15

defuturus etiam iis, qui in experimentā seorsim facienda sumtus aliquos impendere voluerint. Priuatimi in *Historia philosophica*, cuius dimidiam fere partem hibernis mensibus enarravit, & consueto *disputationum philosophicarum* exercitio continenter perget.

## ERNESTVS THOM,

*Prof. moral.*

**Q**uae in iure naturae & gentium L. B. de Wolff exponenda restant, absoluet, idemque ab initio interpretandi partes suscipiet, atque ethicam explicare instituet.

## ANDREAS BOEHM,

*Log. Metaph. & Mathem. Prof.*

**L**ogicam, Metaphysicam & Mathefin puram iterum docebit, collegium disputatorium offert, nec priuatissimas lectiones desiderantibus deerit.

## D. CHRISTOPH. LVDOVIC. KOCHE,

*Historiam Regni & Imperii Germanici*, quam nuper ad finem perduxit, praeeunte Conf. SCHMAVSSIO denuo exponet. Nec deerit iis, qui specialem Patriae *Historiam* addiscere cupiunt;

PHI-

# PHILIPPVS NIC. WOLF.

*Significativa Prof. LL. OO. ord. iunctio cum*

**P**ublice libros Samuelis exponet ; priuatum linguas Ebraeam, Graecam ; & , si qui Commilitonum desiderauerint , Syriacam , Chaldaicamque docebit, nec illic , qui principia doctrinae accentuatoriae sibi familia-ria voluerint reddere, deerit.

# IO. GODEFR. ZENTGRAV,

*Eloquent. & Poëses Prof. publ. ord.*

**P**ublicas praelectiones suās, easque poēticas, pro mōre hucusque consueto , continuabit : Priuatās vero, in cel. Mülleri Sapientiam Oratoris , hor. IX. instituet.

**P**raeterea generosis ac nobilissimis academiae ciuibus praesto sunt magistri peritissimi, publice constituti, qui artem equitandi , gladio pugnandi & saltandi, itemque linguam Gallicam atque Italicam trādunt.

